

67

corruptus, pluribus te defendas, ab honore Principis, quem
nos tueri decuit, alter scopus est. Drunc in castris 24.
Sept. 1634.

In Barlaei lapsum de fuga Imp:
utriusque exercitus. ad Mylium.

Unde meus, Myli, male dormitavit Homerus.

Unde quod hic gestum non fuit ille refert.

Trajecti, Breda, quod Iber, quod victor Iberi
Fecerunt, fugas sit. Non fuit umbra fugae.

Fato, consiliis lentis concessit uterque.

Mentior; hunc vatem fugit uterque Ducum.

Constanten

Drunc in castris 24. Sept. 1634.

Smithio.

Doctissime atque humanissimo Domine.

(102)

Quod ab Epigrammate, cuius spem nuper aut magis
metum feceram, in Elegiam pene offluerim, in
causa est non styli mei genius, qui in Laconismo
satis sibi placet, sed qui me toties gravem tibi, et
importunum afficit, rei antiquariae insanus amor
obkasi enim, ut domi tuae saleo, non mea sponte
dumque generas joecando summa passim suppellectilis per
currere destino, speciebus me et individuis violenta
voluptate implicatum sensi. Tuae humanitatis est
et haec fastidia, et insulsam dictionem, et quod caput est,
rerum ubique imperitiam condonare homini inter
literatos nunquam bene censo, nunc vero librorum
omnium ope, quorum in tot stippium veteri, sed nova
sibi sylvae maxime indigebat, penitus destituito; otio
autem vel scessu prorsus hic non uso, sed inter
lituos ista et armorum strepitus, inter negotia
denique, et quorum recens ipse testis es, aulae perpetuos
tumultus desultorie scriptitanti. Id si facis, amice
Smithi, et ferre me sine ictu magnanimes statuis,
curabo, domi propediem versiculos hos qualescumque
eleganti characteres in tabellam transcribendos, cuius ad
vestibuli tui posteno appensa, is duplex usus erit, ut
quae penes te sedens hospes viderit, ex cedens ruminet,
et eadem opera, quanti beneficii reus dimittatur
intelligat, qui quos comiter thesauros aperueris, doctius
ignaro cuique explicaveris. Interm has archetypas
habeto migas, et me ama. Drunc in castris W. Cal.
Octob. 1634.

Ad